chingentas · qui in uno eodemque actu et uirtutem primitus
glorificasti · Et persecutores uictos sibi ostendisti · Et uo
bis super uictis penis gaudia tribuisti · Columbam candi
sine felle · sine amaritudine purissimam · Et simplicissimam
nobis commendans · Quintinum apud te · Et per te glorificati
pro nobis apud te posse interuenire · quo nostris meritis
non ualemus attingere · Unde laudamus te uirtutis summe ·
Glorificamus te pietatis immense · Per christum unigenitum
tuum redemptorem nostrum · qui nos apud te tantum
patronum habere uoluisti · Cuius precibus adiuuari
ualemus · qui nostris non meremur · Credimus enim
quia requiescit Quintinus · seruus tuus · miles tuus ·
martir tuus · Sacrificium tuum · holocaustum
tuum in sinu abrahe · quem preparasti amplissimum et
beatissimum electorum receptaculum in paradyso deliciarum
tuarum felix et immortalis · inter sanctos tuos
Gaudens et exultans fruens glorie sanctorum ·
Conspectu angelorum consortio · Confessione mar-
tirum · Glorificatione prophetarum · Coheredidate
apostolorum · Te sancta trinitas quantum concedis
uidens · Et semper uidere sitiens · Gaudens in te
summa paternitas · Exultans in te christe claritas
spiritus ueritatis · Unus deus · Ac dominus
noster · premium sanctorum · Corona beatorum
Et gloria felicium · Apud quem tu beatissime